



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Svpplementvm Tertiæ Partis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romæ, 1619

De qualitate satisfactionis. Quæstio 14.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38817

charitatis radix : & ided ille qui ex charitate alio meretur, saltem merito congrui, etiam sine alio meretur. Non autem qui pro alio satisfacit, pro se satisfacit : quia illa quantitas pœnæ non cit ad vtrumque peccatum: tamen satisfaciendo alio, sibi meretur aliquid maius quam sit dimissio pœnæ, scilicet vitam æternam.

Ad quartum dicendum, quod si ipsemet ad aliam pœnam se obligasset, non prius à debito esset liber, quam eam soluisset : & ided pœnam ipse patitur, quamdiu ille satisfactionem pro eo fecerit: si non fecerit, tunc vterque est debitor illius pœnæ: vnus pro commisso, alius pro omisso : & ita requiritur quod peccatum vnum bis puniatur.

QVÆST. XIV.

De qualitate satisfactionis, in quinque articulis distincta.

DEinde considerandum est de qualitate satisfactionis.

¶ Er circa hoc quærentur quinque.

¶ Primo, vtrum homo possit de vno peccato satisfacere sine alio?

¶ Secundo, vtrum ille qui de omnibus peccatis contritus fuit, & postea in peccatum incidit de alijs peccatis quæ sibi per contritionem remissa fuerunt, satisfacere possit, extra charitatem existens?

¶ Tertio, vtrum homini postquã charitatem habere incipiat satisfactio præcedens?

¶ Quarto, vtrum opera extra charitatem facta alicuius boni meritoria?

¶ Quinto, vtrum opera prædicta valeant ad peccati infernalis mitigationem?

ARTIC. I.

Vtrum homo possit de vno peccato satisfacere sine alio?

54.
Tho. 4.d.
15. q. 1.
ar. 3. q. 1.
& seq.

AD primum sic proceditur. Videtur, quod homo possit de vno peccato sine alio satisfacere.

rum enim quæ non habent connexionem adinuicem, vnum potest auferri sine alio. Sed peccata non habent adinuicem connexionem: alias qui haberet vnum, haberet omnia. Ergo vnum potest expiari sine alio per satisfactionem.

¶ 2 Præterea, Deus est magis misericors, quam homo. Sed homo recipit vnus debiti solutionem, sine alio. Ergo & Deus satisfactionem vnus peccati sine alio.

*de penis.
d. 3. c. 3.*

¶ 3 Præterea, Satisfactio (vt in littera dicitur*) est peccatorum causas excidere, nec eorum suggestionibus aditum indulgere. Sed contingit hoc fieri de vno peccato sine alio: vt si aliquis luxuriam refrenet, & auaritiæ insistat. Ergo de vno peccato potest fieri satisfactio sine alio.

*Magist.
li. 4. sent.
d. 15. §. C
in med.
ex Aug.
de eccles.
dogm. c.

SED contra. Iſaiæ 58. Ieiunium eorum qui ad contentiones & lites ieiunabant, Deo acceptum non erat, licet ieiunium sit satisfactionis opus. Sed non potest fieri satisfactio, nisi per opus Deo acceptum. Ergo non potest qui habet aliquod peccatum, Deo satisfacere.

dogm. c.
54 to. 3.
Greg. ho-
mil. 34.
in Euan.

¶ Præterea, Satisfactio est medicina curans peccata præterita, & præseruans à futuris, vt dictum est*. Sed peccata non possunt sine gratia euitari. Ergo cum quodlibet peccatum gratiam auferat, non potest de vno peccato sine alio, fieri satisfactio.

* 9. 12.
ar. 3.

RESPONDEO dicendum, quod quidam dixerunt, quod potest de vno peccato satisfieri sine alio, vt Magister in littera* dicit. Sed hoc non potest esse.

* lib. 4.
Sent. d.
15.

Cum enim per satisfactionem tolli debeat offensæ præcedens, oportet quod talis sit modus satisfactionis, qui competat ad tollendam offensam. Offensæ autem ablatio est amicitie restitutio: & ideo si aliquid fit quod amicitie restitutionem impediatur, etiam apud homines satisfactio esse non potest. Cum ergo quodlibet peccatum amicitiam charitatis impediatur, quæ est hominis ad Deum, impossibile est vt homo de vno peccato satisfaciatur, alio retento: sicut nec homi-
ni

ni satisfaceret, qui pro alapa ei data, se ei prosterneret, & aliam similem daret.

Ad primum ergo dicendum, quod quia peccata non habent connexionem ad inuicem in aliquo vno vnus potest quis incurrere sine alio. Sed vnus, idem est secundum quod omnia peccata remittuntur: & ideo remissiones diuersorum peccatorum connexæ sunt; & ideo de vno sine alio, satisfactio non potest.

Ad secundum dicendum, quod in obligatione debiti non est nisi inæqualitas iustitiæ opposita, quæ vnus rem alterius habet: & ideo ad restitutionem non exigitur, nisi quod restituatur æqualitas iustitiæ, quod quidem potest fieri de vno debito & non de alio. Sed vbi est offensa, ibi est inæqualitas, non tantum iustitiæ opposita, sed etiam amicitie: & ad hoc quod per satisfactionem offensa tollatur, non solum oportet, quod æqualitas iustitiæ restituatur per recompensationem æqualis pœnæ, sed etiam restituatur amicitie æqualitas: quod non potest, si dum aliquid est quod amicitiam impediatur.

Ad tertium dicendum, quod vnus peccatum pondere ad aliud trahit, vt Gregor. dicit *. Et qui vnus peccatum retinet, non sufficienter satisfacit alterius peccati excidit.

ARTIC. II.

Vtrum aliquis de illis peccatis quæ sibi per contritionem dimissa fuerunt, satisfacere possit, extra charitatem existens?

li. 25. moral. c. 2. et homil. 11. in Ezech.

55

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod de omnibus peccatis contritus fuit prius, & postea in peccatum incidit, de alijs peccatis quæ per contritionem dimissa fuerunt, satisfacere potest extra charitatem existens. Dixit enim Daniel Nabuchodonosor. Dan. 4. Peccata tua elemosynis redimantur. Sed ipse adhuc peccator erat, quod sequens peccatum monstrat. Ergo potest in peccato existens satisfacere.

¶ 2 Præterea, Nemo scit verum amore, an odium dignum

dignus sit, Ecclesiast. 9. Si ergo non possit fieri satisfactio nisi ab eo qui est in charitate, nullus sciret se satisfecisse. Et hoc est inconueniens.

¶ 3 Præterea, Ex intentione quam homo habet in principio actus, totus actus informatur. Sed peccator quando penitentiam inchoauit, in charitate erat. Ergo tota satisfactio sequens, ex illa charitate intentionem informante efficaciam habebit.

¶ 4 Præterea, Satisfactio consistit in quadam adæquatione culpæ ad penam. Sed talis adæquatio penæ potest etiam fieri in eo qui charitatem non habet. Ergo, &c.

SED contra, Prouerb. 10. Vniuersa delicta operit charitas. Sed satisfactionis virtus est delere delicta. Ergo sine charitate non habet suam virtutem.

¶ Præterea, Præcipuum opus in satisfactione est elemosyna. Sed elemosyna extra charitatem facta non valet, vt patet primæ Corinth. 13. Si distribuero in cibos pauperum, &c. Ergo nec satisfactio aliqua est cum peccato mortali.

RESPONDEO dicendum, quod quidam dixerunt, quod postquam omnia peccata per præcedentem contritionem remissa sunt: si aliquis ante satisfactionem peccatum de cadat, & in peccato existens satisfaciat, satisfactio talis ei valeat; ita quod si in peccato moreretur, in inferno de illis peccatis non puniretur. Sed hoc non potest esse: quia in satisfactione oportet quod amicitia restituta, etiam iustitiæ æqualitas restituatur, cuius contrarium amicitiam tollit: vt Philosophus in 9. Ethic. * dicit. Æqualitas autem in satisfactione ad Deum, non est secundum æquivalentiam, sed magis secundum acceptationem ipsius: & ideo oportet, etiam si iam offensa sit dimissa per præcedentem contritionem, quod opera satisfactoria sint Deo accepta, quod dat eis charitas: & ideo sine charitate opera facta non sunt satisfactoria.

*lib. 9. ex
c. 4 à me
dio.*

Ad primum ergo dicendum, quod consilium Danielis intelligitur, quod à peccato cessaret & penitenter;

teret; & sic per eleemosynas satisfaceret.

Ad secundum dicendum, quod sicut homo nescit pro certo utrum charitatem habuerit in satisfactione, vel habeat: ita etiam nescit pro certo utrum penitentiam sibi satisfecerit. Et ideo dicitur Eccles. 5. De proposito peccato, noli esse sine metu. Nec tamen exigat quod propter hunc metum homo satisfactionem completam iteret, si conscientiam peccati mortalis non habeat: quamvis enim penam non expiet per hunc modi satisfactionem, tamen non incurrit reatum satisfactionis ex satisfactione neglecta: sicut nec ille qui accedit ad Eucharistiam sine conscientia peccati mortalis, cui subiaceret, reatum indignæ sumptionis incurrit.

Ad tertium dicendum, quod intentio illa impropria est per peccatum sequens: & ideo non datur aliquam operibus post peccatum factis.

Ad quartum dicendum, quod non potest fieri æquatio sufficiens, nec secundum divinam actionem, nec secundum æquivalentiam: & ideo illa non sequitur.

ARTIC. III.

Utrum homini, postquam charitatem habuerit, valere incipiat satisfactio præcedens?

38

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod postquam homo charitatem habuerit, valere incipiat satisfactio præcedens. Quia super illud Levitic. 24. Si attenuatus frater tuus, &c. dicitur glossa, quod frater bonæ conversationis debent computari ex eo tempore quo peccavit. Sed non computarentur, nisi illi satisfactionem efficaciam acciperent ex charitate sequenti. Et post charitatem recuperatam valere incipiunt.

* glos. in
1. 2. ibid.
sup. illud
Computa
bitur fru
ctus ex eo
tempore.

¶ 2. Præterea, sicut efficacia satisfactionis non receditur per peccatum, ita efficacia Baptismi impeditur per fictionem. Sed baptismus incipit valere recedente fictione.

* 3. p. 9.
69. ar. 9.
c. 10.

¶ 3. Præterea, si alicui pro peccatis committitur iuncta fuerint ieiunia, & in peccatum cadens peccaverit, non iniungitur, cum iterum confiteretur, nisi ieiunia

nia illa iteret. Iniungeretur autem ei si per ea satisfactio non impleretur. Ergo per penitentiam sequentē, opera præcedentia satisfaciendi efficaciam accipiunt.

SED contra, Opera extra charitatem facta, idē non erant satisfactoria, quia fuerunt mortua. Sed per penitentiam non viuificantur. Ergo nec incipiunt esse satisfactoria.

¶ Præterea. Charitas non informat actum, nisi qui ab ipsa aliquantulum procedit. Sed opera non possunt esse Deo accepta, ac per hoc nec satisfactoria, nisi sint charitate informata. Ergo cum opera facta extra charitatem, nullo modo ex charitate processerint, vel de cætero procedere possint: nullo modo poterunt in satisfactionem computari.

RESPONDEO dicendum, quod quidam dixerunt, quod opera in charitate facta, quæ viua dicuntur, sunt meritoria vitæ æternæ, & satisfactoria respectu pœnæ dimittendæ: & quod per charitatē sequentem, opera extra charitatem facta viuificantur quantum ad hoc quod sunt satisfactoria, sed non quantum ad hoc quod sunt meritoria vitæ æternæ. Sed hoc non potest esse: quia vtrumque habent ex eadem ratione, opera ex charitate facta, scilicet ex hoc quod sunt Deo grata: vnde sicut charitas adueniens non potest opera extra charitatem facta, grata facere quantum ad vnum, ita nec quantum ad aliud.

Ad primum ergo dicendum, quod non debet intelligi quod fructus computentur à tempore quo primo in peccato fuit, sed à tempore in quo peccare cessauit, quo scilicet ultimo in peccato fuit. Vel intelligitur quando statim post peccatum cōtritus fuit, & fecit multa bona antequam confiteretur. Vel dicendum, quod quanto est maior contritio, tanto magis diminuit de pœna; & quanto aliquis plura bona facit in peccato existens, magis se ad gratiam contritionis disponit. Et idē probabile est, quod minoris pœnæ sit debitor: & propter hoc deberent à sacerdote discrete cōputari, vt ei minorē pœnā iniungat,
in

in quantum inuenit eum melius dispositum.

Ad secundum dicendum, quod bapismus im-
mit chariterem in anima, non autem satisfactio:
ided adueniens charitas, quæ fisionem tollit & pe-
catum, facit quod bapismus effectum suum habeat
autem hoc facit de satisfactione. Et præterea bap-
mus ex ipso opere operatio iustificat, quod non
hominis, sed Dei. Et ideo non eodem modo me-
tificatur, sicut satisfactio, quæ est opus hominis.

Ad tertium dicendum, quod aliqua satisfactio
sunt, ex quibus manet aliquis effectus in satisfactio-
bus, etiam postquam actus satisfactionis transiit
cut ex ieiunio, manet corporis debilitatio; & ex
mosynarum largitione, substantiæ diminutio; & simi-
similibus. Et tales satisfactiones in peccatis factis
oportet ut iterentur: quia quantum ad hoc quod
eis manet, per pœnitentiam Deo acceptæ sunt.
Satisfactiones autem quæ non relinquunt aliquem ef-
fectum in satisfaciente, postquam actus transiit, opor-
tet ut iterentur: sicut orationes, & alia huiusmodi.
Actus autem interior, quia totaliter transiit, nullo
modo viuificatur, sed oportet ut iteretur.

ARTIC. IV.

*Utrum opera extra charitatem facta, sint alia
boni meritoria?*

57

AD quartum sic proceditur. Videtur, quod
opera extra charitatem facta sint alicuius boni
meritoria, saltem temporalis. Quia sicut se habet
ad malum actum: ita se habet præmium ad bonum.
Sed nullum malum factum, apud Deum iustum
est impunitum. Ergo nec aliquid bonum
muneratum: & sic per illud bonum aliquid merito
datur.
¶ 2 Præterea, Merces non datur nisi merito.
operibus extra charitatem factis merces datur.
dicitur Matth. 5. de illis qui propter gloriam
nam opera bona faciunt, quod receperunt mercedem
suam. Ergo opera illa fuerunt alicuius boni
meritoria.

¶ 3 Præterea, Duo existentes in peccato, quorum unus multa bona facit ex genere & circumstantia, alius autem nulla, non æqualiter propinque se habent ad accipiendum bona à Deo: alias non esset ei consulendum, ut aliquid boni faceret. Sed qui magis appropinquat Deo, magis de bonis eius percipit. Ergo iste per opera bona quæ facit, aliquid boni à Deo meretur.

SED contra est, quod Augustinus dicit, quod peccator non est dignus pane quo vescitur. Ergo non potest aliquid à Deo mereri.

¶ Præterea, Qui nihil est, non potest aliquid mereri. Sed peccator cum non habeat charitatem, nihil est, secundum esse spirituale; ut patet 1. Cor. 13. Ergo non potest aliquid mereri.

RESPONDEO dicendum, quod meritum proprie dicitur actio, qua efficitur ut ei qui agit, sit iustum aliquid dari. Sed iustitia dupliciter dicitur. Vno modo proprie, quæ scilicet respicit debitum ex parte recipientis. Alio modo, quasi similitudinariè, quæ scilicet respicit debitum ex parte dantis. Aliquid enim decet dantem dare, quod tamen non habet recipiens debitum recipiendi: & sic iustitia dicitur decentia

* in suo Porfolo- gio, c. 10.

divinae bonitatis: sicut Ansel. dicit, quod Deus iustus est, cum peccatoribus parcat: quia cum decet. Sic secundum hoc etiam meritum dupliciter dicitur. Vno modo, actus ille, per quem efficitur, ut ipse agens habeat debitum recipiendi: & hoc vocatur meritum condigni. Alio modo ille per quem efficitur, ut sit debitum dandi in dante secundum decentiam ipsius: & idè hoc meritum vocatur meritum congrui. Cum autem in omnibus illis, quæ gratis dantur, prima ratio dandi sit amor, impossibile est quod aliquis proprie sibi debitum faciat, qui amicitia caret: & idè cum omnia & temporalia & æterna, ex divina liberalitate nobis donentur, nullus acquirere potest debitum recipiendi aliquod illorum, nisi per charitatem ad Deum: & idè opera extra charitatem

tatem facta, non sunt meritoria ex condigno, neque
 ni, neque temporalis alicuius boni, apud Deum. Sed quod
 diuinam bonitatem decet, ut ubicumque dispositio
 inuenit, perfectionem adijciat: ideo ex merito con-
 grui dicitur aliquis mereri aliquod bonum, per opera
 bona extra charitatem facta: & secundum hoc opera
 ista ad triplex bonum valent, scilicet ad temporarium
 consecutionem, ad dispositionem, ad gratiam, & ad
 assuetudinem bonorum operum. Quia tamen hoc
 meritum non proprie dicitur meritum, ideo magis
 concedendum est, quod huiusmodi opera non sunt
 alicuius boni meritoria, quam quod sint.

* lib. 8.
 c. ult. à
 med.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut Philosophus
 cit in 8. Ethicor. * Quia filius per omnia quæ facit
 potest, nihil æquale reddere patri potest, his quæ
 patre recepit: ideo numquam pater debitor filio
 facitur; & multo minus homo potest propter æqua-
 lentiam operis, dominum sibi constituere debitorem
 & ideo nullum opus nostrum ex quantitate suæ boni-
 tatis habet quod aliquid mereatur, sed habet ex
 charitatis, quæ facit ea quæ sunt amicorum, &
 communia. Unde quantumcumque sit opus bonum
 extra charitatem factum, non facit, proprie loquen-
 do, in homine debitum, aliquid à Deo recipiendi.
 opus malum ex quantitate suæ malitiæ secundum
 ualentiam, pœnam meretur: quia ex parte Dei
 sunt nobis aliqua mala facta, sicut bona: & ideo quod
 uis opus malum mereatur pœnam ex condigno, non
 tamen opus bonum sine charitate meretur ex con-
 digno præmium.

Ad secundum & tertium dicendum, quod procedit
 duntaxat de merito congrui.

Aliæ autem rationes procedunt de merito condigno.

ARTIC. V.

*Vtrum opera prædicta valeant ad mitigationem pœ-
 narum infernalium?*

AD quintum sic proceditur. Videtur, quod
 opera prædicta non valeant ad pœnæ infernalis
 mitigationem.

mitigationem. Quia secundum quantitatem culpæ erit quantitas pœnæ in inferno. Sed opera extra charitatem facta non minuunt quantitatem peccati. Ergo nec infernalis pœnæ.

¶ 2 Præterea, Pœna infernalis quamuis sit duratione infinita, tamen intensione finita est. Sed quodlibet finitum consumitur aliqua finita subtractione facta. Si ergo opera extra charitatem facta aliquid subtraherent de pœna debita pro peccatis, contingeret tantum multiplicari illa opera, quod totaliter tolleretur pœna inferni; quod falsum est.

¶ 3 Præterea, Suffragia Ecclesiæ sunt magis efficacia, quam opera extra charitatem facta. Sed sicut ait August. in Enchirid. * Damnatis in inferno non profunt suffragia Ecclesiæ. Multo ergo minus pœnæ per opera extra charitatem facta mitigantur.

SED contra est, quod idem August. dicit in Enchirid. * Quibus profunt, aut ad hoc profunt, ut sit plena remissio; aut certe ut tolerabilior fiat ipsa damnatio.

¶ Præterea, Magis est, facere bonum, quam dimittere malum. Sed dimittere malum semper vitat pœnam, etiam in eo qui charitate caret. Ergo multo fortius facere bonum.

RESPONDEO dicendum, quod diminuere pœnam infernalem, potest intelligi dupliciter. Vno modo, ita quod quis liberetur à pœna quam iam meruit: & sic cum nullus liberetur à pœna nisi sit absolutus à culpa, quia effectus non diminuuntur, neque tolluntur, nisi diminuta vel ablata causa; per opera extra charitatem facta, quæ neque culpam tollere, neque diminuere possunt, pœna inferni mitigari non potest. Alio modo, ita quod meritum pœnæ impediatur: & sic huiusmodi opera minuunt pœnam inferni. Primo, quia homo reatum omissionis euadit, qui huiusmodi opera perficit. Secundo, quia huiusmodi opera aliquo modo ad bonum disponunt, ut homo ex minori contemptu, peccata faciat, atque etiam à multis Supplementum. K pecca-

cap. 110.
to. 3.

c. 110. in
fin. to. 3.
& habetur
in decret. 13.
q. 2. c. 22.

peccatis per huiusmodi opera retrahatur. Verum
 diminutionem vel dilationem temporalis po-
 merentur huiusmodi opera (sicut patet de Actibus
 Reg. 21.) eodem modo, sicut & bonorum tempo-
 raliū consecutionem. Quidam autem dicunt, quod
 minuunt pœnam inferni, non subtrahendo aliquid
 ipsa quantum ad substantiam, sed fortificando
 eam, vt melius sustinere possit. Sed hoc non po-
 esse: quia fortificatio non est nisi ex ablatione
 debilitatis. Passibilitas autem est secundum mensuram
 culpæ: & ideo si culpa non diminuitur, nec subie-
 fortificari potest. Quidam etiam dicunt, quod
 nuntur pœna quantum ad vermem conscientie,
 non quantum ad ignem. Sed hoc etiam nihil effi-
 ficat pœna ignis æquatur culpæ, ita etiam pœna
 morsionis conscientie. Vnde similis ratio est
 vtroque.

Et per hoc patet solutio Ad obiecta.

QVÆST. XV.

De his, per quas fit satisfactio, in tres articulos
 dividitur. Et primo considerandum est de his, per quas
 satisfactio fit.

¶ Circa quod quærentur tria.

- ¶ Primo, vtrum satisfactionem oporteat fieri
 per opera pœnalia?
 ¶ Secundo, vtrum flagella quibus à Deo in hoc
 mundo punitur, sint satisfactoria?
 ¶ Tertio, vtrum conuenienter enumerentur
 satisfactoria, cum dicitur, quod sint tria, scilicet
 elemosyna, ieiunium, & oratio?

ARTIC. I.

Vtrum oporteat fieri satisfactionem per opera
 pœnalia?

59
 Tho. ubi
 sup ar. 4.
 q. 1. &
 seq.

AD primum sic proceditur. Videtur, quod
 satisfactio non oporteat fieri per opera pœ-
 nalia. Quia per satisfactionem oportet fieri recom-
 pensationem ad diuinam offensam. Sed nulla recom-
 pensatio videtur fieri per opera pœnalia; quia Deo
 non potest dari æquum, nisi per opera bona.